



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Admodvm Reverendo Et Eximio Domino, D. Ferdinando Strobelio, SS.  
Theologiæ Doctori, Collegiatæ Ecclesiæ S. Cassii Bonnæ Canonico, Ad  
Sancti Remigii ibidem Pastori Vigilantissimo, Capituli Burgensis ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

AD MODUM REVERENDO  
EXIMIO DOMINO,  
D. FERDINANDO  
STROBELIO  
SS. THEOLOGIAE DOCTORI,  
Collegiatæ Ecclesiæ S. Cassii  
BONNÆ CANONICO,  
Ad Sancti Remigii ibidem  
PASTORI VIGILANTISSIMO,  
Capituli Burgensis Decano, &c.  
PATRONO ET DOMINO M<sup>Q</sup>O PLURIMUM COLENDO.

**A**ntoninum Dianam, inter illos, qui Theologiam Moralem bac nostra ætate Commentarijs suis illustrarunt plurimi, notum Orbe toto & nobile Nomen, quod Tibi potissimum inscripserim, Admodum Reverende & Eximie Domine, Virtus Tua & Eruditio effecerunt, quæ non unius patriæ Urbis mœnibus continetur, sed longè latèque pervagatae, veræ constantisque Famæ indicio, ad aures primùm meas allapsæ, animum deinde affectumque meum ita Tibi adstrinxerunt, ut pridem occasio nem, qualem modo natus video, offerri mihi exoptaverim, amoris cultusque mei sinceratatem Admodum Reverenda & Eximia Dominationi Tua comprobandi.

Virtutis certè Tua eiusque singularis proflus atque eximiae

## D E D I C A T I O.

tot testes habes & admiratores, quos BONNA, quæ Te genuit,  
 cives numerat & inquilinos; qui uno omnes ore indefessâ il-  
 lâ, & nullo discrimine universis ac singulis expositâ promp-  
 tamque Pastoris sui vigilantiam, diligentiam, & plusquam  
 paternam solicitudinem, atq; incredibilem animarum zelum  
 privatim sibi publiceque gratulantur, illustribus Sunmorū  
 Virorum exemplis provocati, quos inter reticere nō possum  
 cum, cuius memoria æpud bonos omnes in benedictione est,  
 Septem virorum, Præfuluin, Principum Sidus, Imperii, Ger-  
 maniae, Patriæ Delicium, Serenissimum Colonensem Archi-  
 episcopum Ferdinandum: qui quanti Te faceret, neq; semel,  
 neque obscurè patefecit, quando & pro sacrâ rostris diser-  
 tissimè perorantem audivit perlubenter, & multiplicibus Na-  
 turæ Gratia & quedotibus ad præclarâ omnia magnificè efflo-  
 rescetem indolem, & incoctum generoso peccus honesto a-  
 mayit ornavitq; liberaliter. Huius (fatebor enim) Maximi O-  
 ptimique Principis, & Arbitri longè æquissimi, tam magnifi-  
 cum & constans de Te iudicium postquam ab integræ per-  
 spectæ que fidei authoribus non ita priuâ memoratū  
 mihi fuit, inter cultores mox Tuos nomen meum profiteri  
 cœpi, propterea; quod nō vanè existimarem, exini iam omni-  
 nō exaggerata inque eam virtutem esse oportere, quam tan-  
 tus Princeps benevolentia favoreque suo complecti nequa-  
 quam dubitasset: præsertim, cum eius Tu splendorem non  
 retinueris modò ex eo tempore, sed veluti novâ semper radio-  
 rum diffusione, egregiis moribus & factis, ad maximam No-  
 minis Tui commendationem, luculenter amplificaveris.  
 Eruditionem porrò Tuam, vel metacente, loquuntur laudū

THARUM

D E D I C A T I O.

Tuari m̄ Tituli, quos in divinis hū manisque scientiis supremos jure Tibi optimo, sacri profanique Lycei concorde consensu, perperit Ā tas omnis, in libris literisque sum mā cū laude transacta, ubi eos progressus fecisti, quos excellenti ingenio sociatum studiū laborq; perdiuſ ac pernōx p̄f̄stare consueverunt, quosque in Te suspiciunt & mirantur, qui cumque vel exiguo Tibi usu consuetudineque junguntur, quorū hæc est constans, & nullo modo auribus aut gratiæ, sed veritati ipsi data testificatio, eos omnes qui Te Theologa Doctorem salutant, istud semper addere posse ac debere:

— Tanti mensuram Nominis imponer.

Plura non addam, ut pudori Tuō & Modestia confulam; cui quantumvis hæc ipsa pauca molesta accident, eiusmodi tamen sunt, quæ Nuncupationis huius mæ⁹ audaciam Tibi abunde purgare possint: quem præterea submisile oro, velis in Bibliothecâ Tuâ instructissimâ, quamque ad usum magis quam pompam, lectissimis libris quotidie amplificare pergis, forulum unum aliquem indulgere summae Theologi Moralis non infimi, Tibi, insigni Theologo Morali, Scholastico, & Mysticō, mæ⁹ in Te perpetuæ, ac singularis obseruantia monumentum & pignus, pronissimò animo dedicatae, eamque æ qui bonique consulere. Coloniae, die festo S. Iosephi, Patroni Tui, Anno Christiano M. DC. LVI.

ADMODVM REVERENDÆ & EXIMIÆ D.T.

dedicti simus servus

IOANNES BVSÆVS, Civis & Bibliopolis Coloniæ.

LECTOR.